

tempore sancta iure possidet Gradensis ecclesia et eius hactenus fuerat ditiois. Quod, quia aliena nulli licet invadere, precipue sacerdotibus, quia contra Deum est, precipimus beati Petri apostolorum principis auctoritate, cui a domino Deo et Salvatore nostro ligandi atque solvendi in coelo terraque potestas concessa est, ut ea, quae pervadere contra legem ausus es, in presenti cum omnibus ei pertinentibus in integro restituere Gradensi archiepiscopo debeas, cuius ditiois pertinere videtur, et ab insolentia recedere. Non enim sinimus, scias, licitare tibi illicita et aliena brachio possidere: potius molestia sacerdotali constrictus tuis te habeto [contentum] et, ut forti [brachio] servans, pervasa restitue. Scias enim, si extiteris temerator et reddere distuleris aliena, apostolica sententia canonica te subiacere correctioni atque penitentiae, dum iusta fueris condemnatus sententia.

24. - 736. *Iscrizione torcellana.*

FONTE: Marmo originale nella chiesa di S. Maria Assunta di Torcello.

EDIZ.: Lazzarini, *Una iscrizione torcellana del sec. VII*, in « Atti del R. Istit. Ven. di S. L. e A. », to. LXXIII, p. II, e ristampata in « Scritti di paleografia e diplomatica », Venezia, Ferrari, 1938, p. 120 sgg.

[*In nomine domi*]ni Dei Nostri Iesus Christi imperante domino nostro Heraclio || [*perpetuo*] Augusto anno XXVIII indictione XIII. Facta || ... sancte Marie Dei genetricis ex iussione pio et ... || domino Isaacio excellentissimo exarcho patricio et Deo volente || oeysmer ... et ... us exerc. hec fabrica est ... || ... m: ma / ... / b ... / gloriosum magistro militum || ar. res ... ei ... em in hunc locum suum || sie huius ecclesiae.

25. - 739-740. ante Pasqua. *Gregorio III ad Antonino, arcivescovo di Grado.*

FONTE: Arch. Stato, Venezia, codice Trevisano, c. 6, n. 6.

EDIZ.: Mon. Germ. Hist., *Epist.* III, 708 sg.